

Rescripto de la Sagrada Congregación de Religiosos sobre la equiparación de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz y Opus Dei a los Institutos clericales; 7-VIII-1947.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

17/01/2012

AGP, Sezione Giuridica, IV/15194.

Num. 6649/47

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Instituti
Saecularis Opus Dei, ad Sanctitatis
Vestrae pedes humiliter provolutus,
haec quae sequuntur exponit:

Cum ad tenorem Art. VIII
Constitutionis Apostolicae "Provida
Mater Ecclesia" Instituta Saecularia,
praeterquam propriis legibus, ad
normam iuris pro non exemptis
Congregationibus et Societatibus
vitae communis vigentis, Ordinariis
locorum subiecta sint; cumque
consulto in nostris Constitutionibus
(n. 2), a Sacra Congregatione de
Religiosis probatis, Opus Dei
"Institutum Saeculare praevalenter

clericale" definitum sit, quae verba
fusius in Decreto Laudis Operi Dei
concesso filustrantur, pariter
decernendo integrum Institutum
nostrum, id est, Societatem
Sacerdotalem Sanctae Crucis et Opus
Dei "iuridice clericalibus Institutis
aequiparandum esse": ut melius
conditio nostra iuridica Ordinariis
dioecesanis innotescat, S.V.
humillime quaerit an speciatim cc.
618, § 2 et 512, § 2, 2.', in quibus de
Religionibus clericalibus agitur,
Instituto nostro applicari debeant.

Et Deus...

Vigore facultatum a SS.mo Domino
Nostro concessarum, Sacra
Congregatio Negotiis Religiosorum
Sodalium praeposita, attente
perpensis expositis, rescribendum
censuit: AFFIRMATIVE.

Contrariis quibuslibet non
obstantibus.

Datum Romae, die 7 augusti 1947.

L + S + Fr. L. E. Pasetto

Secr

C. Addivinola Ad. a Studiis.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

pdf | Documento generado
automáticamente desde <https://opusdei.org/es-es/article/rescripto-de-la-sagrada-congregacion-de-religiosos-sobre-la-equiparacion-de-la-sociedad-sacerdotal-de-la-santa-cruz-y-opus-dei-a-los-institutos-clericales-7-viii-1947/>
(26/07/2025)